

J. Medina E

G

Dup.

SCHEMA ECCLESIAE IN MUNDO HUIUS TEMPORIS
EXPOSITIO INTRODUCTIVA

RELATIO DE EMENDATIONIBUS A PATRIBUS PROPOSITIS CIRCA 4-9

18 octobris 1965

Sub-Commissio II

Circa animadversiones generales totius expositionis introductivae

1. E/5287 et E/5491 expositionem laudant ; postulant tamen aliqua complementa sive ad evolutionem religiosam quod attinet sive circa promotionem opificum, quibus postulationibus providebitur suis locis.

2. E/5468 postulat ut haec pars reducatur ad unum vel duos numeros, quod attentis tum suffragatione cum additionibus propositis non videtur esse possibile nec secundum regulas.

3. E/5583 (91 episcopi) postulat novam ordinationem textus secundum concretam propositionem quam ipse exhibet. Huic petitioni sub-commissio censuit non esse annuendum quia (1) textus gaudet iure ; (2) nova ordinatio proposita omnino novam redactionem exigit ; et (3) quia novus ordo propositus videtur pro hac parte nimis artificialis.

4. E/5634 - et E/4691 Duo patres autunt descriptionem esse nimis superficiale et veluti "existentialisticam". Quibus respondendum censetur expositionem esse concretam et abstinere ab interpretatione. Coeterum expositio descriptiva requiritur sicut ex prooemio patet, ut Ecclesia haec signa temporum inspiciat et postea iudicia proferat. Cf. responsum ad E/5466 sub n° 4 (2) textus. Idem patres dicunt quod expositio silet de peccato, quod est ratio totius mali et totius operis redemptionis. Huic animadversioni respondetur per aliquod additamentum sub n° 4, et ampliori modo in prima parte schematis.

5. E/5737 rogat ut enumerentur elementa stabilia super quae structura mundi melioris aedificanda est. (1) Realitas et conatus renovationis Ecclesiae. (2) Conamina in campo religioso ex parte acatholicorum. (3) Conatus ordinis magishumani in U.N.O. (Nationes Unitae). (4) Factum quod praxis religionis non decrevit apud Mahometanos, Hinduistas et Buddhistas. R. ad 1, 2 et 4 : providebitur in (nova redactione) numero 7, lin. 25 et sq. Ad n.3 : providebitur sub n.9, p. 5, l. 112. Idem pater putat explicite commemorari debere factum "commercializationis sexus". Sub-commissio censuit rem omnino tractandam esse, sed melius in parte II, ca. I, "de dignitate matrimonii et familiae promovenda", n.60, lin.20 et sq. (Allusio generalis de moralitate fit in nova paragrafo ("Dum conscientia") sub n.4.)

6. E/5886 Proponit multas immutationes latinitatis, quae Sub-Commissio^s missio accēnit.

7. E/5632 (Conferentia Zambiae) autumat textum nimis exclusive in revolutione industriali, in novo aspectu mundi ex scientiis proveniente et in progressu tecnico insistere. Providetur huic animadversioni aliquibus additionibus, praesertim in fine numeri 6.- p. 3, lin 13-14. ^{Patres} Idem putat magis philosophicam debere esse interpretationem huius nostrae aetatis. Respondetur : huiusmodi interpretatio non pertinet ad descriptionem hanc initialem, potius concretam.

AD SINGULOS NUMEROS

AD NUMERUM 4

1. E/5637 (ad p.6, l.21) putat hic tantummodo de angoribus agi et non de spe. E/5424 (92 patres) putat titulum non correspondere materiae. His animadversionibus aliquatenus providetur per immutationes et additiones quae magis sublineant oppositionem inter speranda et timenda, cf. p. 1, linn. 23-35

2. E/5466 proponit principia fundamentalia hujus expositionis :
(1) Necessitas pro Ecclesia semper signa temporum dignoscendi ;
(2) via qua pervenimus ad mundum actuellem cognoscendum ; (3) propositio quaestionum ultimarum quae novis formis sese manifestant quae unaquaque generatio solveere debet. R. : Huic postulationi respondet nova redactio initii n.4, cf. p. 1, linn. 1-5

3. E/5292, E/5583, E/5488, E/5691 et E/5634 difficultates movent de "idoneis auctoribus", quibus quoque respondetur per novam redactionem, ubi haec verba deleta sunt, cf. p. 1, linn. 8 et 9

4. E/5292 et E/5288 movent difficultatem circa verbum "aetas" (1.26) et proponunt pro eo "periodus". Praefertur tamen verbum "aetas" quia in lingua latina magis indicat characteristics proprias alicuius periodi, cf. pag. 1, lin. 10

5. E/5747 (11.26-32) arbitratur quod textus nimis concedit transformationibus in modis cogitandi et agendi. Huic animadversioni providebitur in ultima paragrapho n.4, cf. pag. 1, linn. 36-38

6. E/5287 postulat ut in 1.32 sermo quoque sit de religiosa transformatione ; quod accipitur, cf. p. 1, linn 16

7. E/5292 proponit suppressionem phrasis in 1.33-34, quam inutilem putat. Phrasis autem utilis videtur ad sequentia introducenda, aliquatenus tamen emendatur ratione habita latinitatis ; cf. p. 1, lin. 17

8. E/5286 (p.7, l.1sq) observat "fame et litterarum ignorantiam" non esse nunc maiora quam olim. Agitur autem in phrasi potius de

Kruij

|| Hesudri

aucta oppositione inter divitias et "famem, etc.", cf. pag. 1, linn 23-26.

9. E/5691 et 5634 - Duo patres additionem postulant circa auctum sensum libertatis et novas formas servitutis, quibus respondetur per parvam additionem, cf. pag. 1, linn. 26-28.


10. E/5489 additionem postulat de dissensionibus politicis, socialibus, economicis, racialibus, et ideologicis; cui satisfactio praebetur. E/5737 etiam rogat ut de "racismo" explicite agatur. Ibidem providetur, cf. pag. 1, linn 31-33.

11. E/5287 iterum petit ut sublineentur transformationes religiosae; (cui providetur ultima phrasi novae paragraphi, post 1.8.) *Submissio autem censuit sufficienter agi in textu de hac re.*

12. E/5581 quaestionem movet de aequivocitate vocabularii apud diversas ideologias. (Cui satisfit per primam phrasi novae paragraphi post 1.8.) *Submissio censuit huic postulationi sufficienter provideri per additionem in pag. 1, linn. 33 et 34.*

13. E/5581, E/5691 et E/5634 rogant explicitiorem mentionem sive peccati sive depravationis moralis, cui postulationi respondetur ultima phrasi ~~primae paragraphi p. 2,~~ *addita in pag. 1, linn. 33-35* ubi de deficiente incremento spirituali.

14. E/5487 affirmat angorem vitae provenire ex privatione cognitionis Dei et vitae futurae. Huic Patri respondetur partim per emendationem primae paragraphi n. 4 et simul per novum textum emendatum ultimae paragraphi, cf. pag. 1, linn 1-5 et 36-38



AD NUMERUM 5 :

1. E/5637 volunt ut 1.14 scribatur "profunda" loco "plena". Iden E/5886 - vel suggerit "magna". Scribatur "magna". E/5424 (92 patres) et E/5886 difficultatem movent circa verba "in mentem induci", quibus patribus satis fit scribendo "mentes afficit", cf. p. 2, lin. 6

2. E/5489 postulat ut pro verbo "physica" (1.16) scribatur "de rerum natura". Huic petitioni annuitur scribendo "scientias mathematicas et naturales...", cf. p. 2, lin 7.

3. E/5583 postulat ut deleantur verba "ex iisdem scientiis exercitis" (1.17) quia disputatur de influxu scientiarum in technicas artes. Verba deleantur, cf. p. 2, lin. 8

4. E/5634 observat (1.35) quod etiam res minoris momenti imo et futilia statim cognoscuntur. (quod videtur nimis affirmare si de universo mundo agitur) cui satisfit per emendationem textus, cf. pag 2, lin 22-25

5. E/5583 vult delere (1.42) verbum "evolutivam" quia sufficeret "dynamicam". Attamen haec verba non idem significant, -cf. pag. 2, lin. 30.

6. E/5847 timet ne verbo "plurima" laus tribuatur "evolutionismo".

(Sub-commissioni autem non ita videtur. De coetere comma sumitur ex aliqua allocutione S.P. Pauli VI. Cf. notam) *Textus emendatur, ommissa inter alia, vox "plurima".*

7. E/5583 vult ut innuatur quod analysis et synthesis sunt activitates permanentes, quod in textu jam insinuari videtur praesertim ex forma plurali "syntheses", *cf. pag. 2, lin. 32*

8. E/5292 et E/5288 rogant ut aliquid dicatur de veritatibus quae temporis vicissitudinibus non subiiciuntur, philosophiae nempe et theologiae. Sub-commissioni autem videtur quod hoc iam continetur generice in textu, nec in (dato) contextu specificè loquendum esse censet de theologia.

AD NUMERUM 6 :

1. E/5634 vult ut deleatur verbum "clani" quia sufficitur "tribus". Sub-commissio respondet verba non idem significare, *cf. pag. 2, lin. 34*

2. E/5424 (91 patres) et E/5637 proponunt ut pro verbo "subvertens" scribatur "transformans". *Quod accipitur, cf. pag. 3, lin. 2*

3. E/5583 petit ut de "transmigrationibus" aliquid dicatur; quod provisum est in fine numeri, *cf. pag. 3, linn. 16-17*

4. E/5737 rogat ut verbum fiat de "independentia" quae magnum influxum habet in regionibus antea colonizatis. Videtur autem satis indicari sub n.9, lin.40, *cf. no. tex., pag. 4, linn. 32-37, cum emendationibus inductis*

5. E/5737 dicit textum nihil respicere mundum iam evolutum, dum de facto maior pars mundi est in statu evolutionis. Hic petitioni respondetur partim substitutione "diffunditur" pro "praeponderat", *cf. p. 2, lin. 37 in fine numeri*, et partim per novum textum inductum ex observatione E/5640, qui affirmat dari apud populos orientis motum sociale peculiarem versus personalem libertatem, *cf. pag. 3, linn. 13-15*

AD NUMERUM 7 :

1. E/5583 postulat ut post verbum "sentiendi" addatur "et educandi" ad innuendum necessitatem transformationis methodi educationis. Cum autem hic agatur de condicionibus concretis et non de his quae desiderantur, propositio non videtur ad rem; *cf. pag. 3, linn. 18-21; caeterum phrasis emendata est ut sensus generatim eradat.*

2. E/5489 et E/5594 postulant parvas emendationes quibus clarius ostendatur agi de iuvenibus nec omnia instituta in eadem versari conditione. Quibus satisfit emendationibus hoc loco inductis, *cf. pag. 3, linn. 20-24*

3. E/5741 dicit non omnia instituta, etc, invalida esse. Exinde Sub-commissio censuit scribere "non semper" et "aptari videntur", *cf. p. 3, linn. 23-24*


4. E/5286 affirmat differentias psychologicae inter generationes esse factum omnino naturale. Subcommissio tamen censuit quod dis-

crepantiae hodiernae maiores sunt quam illae temporum anteaactorum, et praecise ex acceleratione mutationum de qua supra. Idem Pater dicit passivitatem de qua in L.29 etiam esse factum omnium temporum ; qua ratione Submissio censuit lin.29-33 deleandas esse.

5. E/5737 vult addere in l.33-34 mentionem de mediis communicationis. Submissioⁿⁱ autem videtur non posse aliqua media extolli aliis praetermissis, cf. pag. 3, lin. 25

6. E/5747 suspicatur exaggeratam esse laudem "evolutionismi" in l.35-37. Submissioni autem videtur textum agere de mutationibus non autem de "evolutionismo", cf. pag. 3, lin. 26 et ss.

7. E/5287 vult ut aliquid dicatur de relationibus inter religionem et scientiae progressum cui satisfiet postea. E/5639 (2 patres), cf. p. 3, l. 3 E/5424 (91 patres) rogant ut pro "eventus singularis" scribatur "factum" aut "dictum" singulare. Scripsimus "factum singulare et individuale" ^{p. 3, lin. 32}. E/5583 vult ut loco "doctrinam" (l.41) dicatur "ideologiam". Quod non accipitur, quia atheismus est pars sive "doctrina" totius ideologiae marxistae. ^{cf. p. 3, l. 31} Idem proponit formulam circa relationem inter religionem et progressum scientificum, quae fere ad litteram accipitur, in l.41, et sic etiam satisfit E/5287, cf. p. 3, lin. 3 supra relato. E/5286, E/5691 et E/5634 rogant ut aliquid dicatur de actione status atheismi imponentis, l.41 et sq., quod providetur per additionem in textu "ut doctrinam sibi propriam proponunt et imponere conantur." Cf. tamen postea nn.18-19, cf. p. 3, lin. 35 et 36



8. E/5583 postulat pro fine paragraphi additionem : "et exprimitur aptitudine vere existentiali". Submissio autumat sensum propositionis non esse perspicuum, ideoque propositionem non esse accipiendam.

AD NUMERUM 8 :

1. E/5747 rogat ut brevietur hic numerus, quatenus nimis protractus pro solempni documento supremi Magisterii, opprimens lectorem et parvam lucem infundens. Alii, tamen, aliter sentiunt et etiam additiones postulant. Numerus tamen brevior remansit.

2. E/5482 animadvertit "disrupta aequilibria" non tantum ex facto evolutionis profluere sed ex ipsa hominis natura. Alius Pater (Volk) et E/5737 animadvertunt verba "disrupta aequilibria" non esse omnino accurata quia innuere videntur olim aequilibrium existitisse. E/5471 postulat ut addatur formula qua innuatur conscientiam discrepantiarum acriorem in mundo vigentium esse inter causas disrupti aequilibrii connumerandam. E/5424 (91 patres) movent quaestionem de veritate verbi "ineluctabiles", l.6. Quibus omni-

-5-

bus respondetur nova redactione paragraphi hoc modo: pro "disruptis aequilibris" proponitur neologismus "inaequilibris"; post verbum "peracta", additur "in et ipsa acrior conscientia discrepantiarum

in mundo vigentium", quae verba sunt ad litteram ex E/5471 de prompta; verbum "ineluctabiles" videtur non servandum (cf. E/5482); denique phrasis finiatur "contradictiones et inaequilibria infert vel auget." Propter rationem iam indicatam pro "Frequentius rumpitur aequilibrium" in 1.8 scribimus "Frequentius oritur inaequilibrium", cf. pag. 4, linn. 1-4; 5.

3. E/5737 proponit ut post "saepc inordinate peracta" (1.6) addatur "quin conscientiae hominum integretur". Videtur quod huic propositioni sufficienter provisum est in ultima paragrapho n.4 ("et in novis exsurgentibus (valoribus) componendis"), cf. pag. 1, lin. 32.

4. E/5288 proponit ut loco "adultum" scribatur "excultum". Submissio scripsit "modernum", cf. pag. 4, lin. 5 s.

5. E/5292 postulat ut deleantur verba "ut ad sufficientes syntheses perveniat", 1.11; E/5288 proponit ut loco "sufficientes syntheses" scribatur "vitae cohaerentiam". Submissio statuit scribere "neque in syntheses apte ordinare valet.", cf. pag. 4 linn. 6-7.

6. E/5489 proponit ut scribatur in 1.13 "vitae multitudini immer-sae" claritatis causa; proponitur autem "inter condiciones vitae collectivae multorum." cf. pag. 4, lin. 10

7. Lin. 14-18 deleantur quia inutilis explicatio antecedentis phraeos videntur esse.

8. E/5489 proponit ut post verbum "acerbissimae" addatur "...quibus infaustae eventuum successionis comitatur"; his verbis enim conamen fit reddendi verbum gallicum "échecs", quod in textu latino deest. Videtur non accipiendum nisi verbum magis aptum inveniatur, cf. p. 4, lin. 22.

AD NUMERUM 9 :

1. E/5583 (92 episcopi) animadvertit quaestiones de quibus in hoc numero non tantum Asiam vel Africam respicere sed etiam Americam latinam. Cui animadversioni respondebitur suo loco infra (videsis L.40) cf. p. 4, lin. 32 ss.

2. E/5583 (92 ep.) postulat additionem de eliminandis praecudiciis: cui satisfactionem datam fuisse videtur sub n.4, cf. pag. 1, linn. 31-33.

3. E/5499, p.9, lin. 38-40, postulat ut introducatur aliquod verbum limitativum ne affirmatio appareat nimis absoluta. Attamen, juxta subcommissionem, phrasis praecise hoc supponit et agit de aestimatione non omnium sed plurimorum hominum, cf. pag. 4, linn. 30-32

4. E/5489, p.9, l.38, proponit ut scribatur "...quibus per non aequam vel iniustam distributionem, orbatos se esse vivida conscientia iudicant." Scribatur "quibus per injustitiam vel non aequam distributionem...", cf. pag. 4, linn. 30 et 31

5. E/5583, l.40, post verba "se esse judicant" addatur "Nationes in via progressus sicut et ..." ne ad solas nationes nuper politice emancipatas textus restringatur. Accipitur, *cf. pag 4, lin. 32*

6. E/5489 postulat in l.2, p.10, additionem circa dependentiam oeconomicam istarum nationum. Scribatur post verbum "nationibus" : "necnon persaepe oeconomica dependentia", *cf. pag 4, lin. 36*

7.E/5292 vult sublineare hanc aequalitatem quoad essentialia iura hominis. Videtur subcommissioni autem res sat evidens, *cf. pag. 5, lin 1.*

8. E/5583 postulat ut post verbum "oeconomica" addatur "sociali et politica" (l.5). Ratio huius additionis est factum promotionis opificum in omni ordine. Idem quoad sensum postulat E/5491. Accipitur additio, *cf. pag. 5, lin 4.*

9. E/5747 vult ut textus explicitius agat de ordine morali objectifo. Hoc cum secumferat iudicium potius videtur pertinere ad lam Partem schematis.

10. E/5489 longam paragraphum proponit de magno influxu idearum in evolutionem. Submissio censet hoc iam sufficienter in textu inveniri.

11. E/5489 idem exponit partem mutationem stylisticam : "...universalior appetitio ; personae enim atque coetus..." Accipitur, *pag 5, lin. 8.*

12. Idem E/5489 postulat ut post verbum "potest", lin.12, addatur mentio de conatu nationum ad unitatem. Scribatur : "...potest. Nationes praeterea in dies fortius conantur ad universalem quandam communitatem assequendam." Textus fore ad litteram adsumitur. Hoc modo etiam satisfit animadversioni generice de E/5737 (cf. circa animadversiones generales, sub.n.5,(3)), *cf. pag 5, lin. 11 et 12*

13. E/5482 affirmat textum ignorare pluralismum civilisationum (p.10, l.6). Videtur subcommissioni autem textam nil amplius quam possibilitates affirmare quae omnibus prima vice patere possunt.

14. E/5424 proponit difficultatem in l.13. Sed lineae a 13 ad 17 supprimi debent, quia quae hic dicuntur non videntur necessaria et aspectum universalem aliquatenus restringunt, *(inveniuntur pot. lin. 12, pag. 5)*

15. E/5429 putat ea quae de dolore et malo dicuntur in lin.34-35 insufficientia esse. Hoc verum est sed pertinet enucleatio ideae huius ad primam partem schematis. Minus adhuc dicitur in novo textu proposito a Submissione.

16. Lineae 12-17 : deleantur brevitatis causa et quia nil novum dicunt, *cf. supra, n. 14.*

17. lin.18 in finem : submissio censuit textum esse breviandum. Interrogationes (lin.26-37) magis consonantes factae sunt cum expositione doctrinali quam ~~introducere debent~~ : de homine, de homine in societate ~~et~~ de universo mundo. Submissio interrogationes magis concrete formulat ; aspectum vero sociale non negligit. Ultima paragraphus quae de allocutione ipsius Ecclesiae agit, paucis verbis redacta est, quia in prooemio initiali longior de eadem re scire est; *cf. pag. 5, linn. 13-35*

N.B. Submissio ubique quaesivit textum breviorum et intelligibiliorem reddere, juxta normas generales a Submissione Centrali propositas.